

Johann Peter Schmidt

**Programma Lugubre, Qvo Academiae Rostochiensis Rector Johannes Petrus Schmidt ... Ad Solemnes Exequias, Qvas Conjugi Desideratissimæ, Prænobilissimæ Dominæ, Dnæ Catharinæ Emerentiæ Schæffern, Matronæ, Omni Virtutum, Sexum Suum Ornantium Decore Fulgidissimæ, Vir ... Dominus Joachimus Christianus Danckwarth, Senator De Repl. Rostochiensi Optime Meritus ... Moestissimus Viduus Studiose Parat Freqventandas, O. O. O. Proceres Ac Cives Academicos ea qva decet humanitate & peramanter invitat**

Rostochii: Typis Joh. Jac. Adlerii, [1737?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1797318748>

Druck Freier  Zugang





Circa 80 Protokolle Protokoll-Programme,  
unser Fundfälle in dortigen bürgerl. Familien burs.

(Zinsvertrag in nobilitierten Familien:


Nettelblatt, Preen, Quistorp, Schoepffer, Schuckmann  
i. O. )

82 Stücke

Mklb Gen - 40  
2/3 II

9/1  
Hain.  
1833.





Handwritten numbers on the right edge of the page, including 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30.


Leichenprogramme, alphabetisch geordnet  
nach d. Namen d. gefeierten Person, nebst Sterbejahr.

L - Z

1. Quistorp, Anna Christina, geb. Lenthe. 1753
- 2/3. Luger, Johann Georg. 1748.
4. — — — (Vater). 1751.
5. Mantzel, Kaspar. 1735.
6. — , Maria Justine Margarete. 1742.
7. Schweder, Margarethe, geb. Meyer. 1728.
8. Neusling, Catharina Margareta verh. Pries. 1733.
9. Michelsen, Andreas. 1730.
10. Becker, Catharina Elisabeth, geb. Michelsen. 1744.
11. Michelsen, Christoph Andreas. 1746.
- 12/13. Jaddel, Elsabe Dorothea, geb. Michelsen. 1745.
14. Müller, Karl Ludwig. 1761.
15. Nettelblatt, Heinrich [Vater] 1735.
- 16/17. — — — [Sohn] 1761.
18. Neucranz, Anna Margareta. 1726
19. Niehenck, Joh. Balthasar. 1738.
20. Niemann, Johann. 1746.
21. — , Michael. 1729.
22. Oerthling, Joachim Felix. 1745
23. Meyer, Anna Maria, geb. Pauli. 1738.
- 24/25. Engelsen, Maria, geb. Pansen. 1738.
26. Petersen, Johann Christian. 1766.
27. Pohn, Wilhelm. 1751.
- 28/29. Pries, Joachim Heinrich. 1763.
30. Quistorp, Hugo Theodor. 1732.
- 31/32. — , Johann Jakob. 1767.
33. — , Lorenz Gottfried. 1743.
34. — , Johannes Christian. 1722.

35. Ressor, Julius Friedrich. 1740
36. Redeker, Heinrich Rudolf. 1716.
37. Richter, David. 1753.
38. Danckwarth, Catharina Emerentia geb. Schaeffer. 1737.
- 39/40. Schaper, Johann Ernst. 1721
41. Scheffel, Heinrich Gustav. 1738.
- 42/43. Schmidt, Jonas. 1745.
- 44/45. Schoeppfer, Johann Joachim. 1719.
46. Schuckmann, Heinrich. 1706.
47. Dörcks, Margaretha, geb. Schuckmann. 1731.
48. Schmidt, Isabe Margaretha, geb. Schwabe. 1743.
49. Zeidler, Anna Emerentia, geb. Schwartz. 1729.
50. Senst, Agneta Sophie, 1729.
51. — Hermann Peter. 1728.
- 52/53. Sibeth, Karl. 1734.
54. Sivers, Jakob. 1729.
55. Luger, Christine Elisabeth, geb. Spalding. 1746.
56. Spalding, Johann David. 1757.
57. — Thomas. 1743.
58. Burgmann, Anna Christina, geb. Stein. 1773.
59. Stein, Walthier. 1739.
60. Stever, Johann Kaspar. 1729.
61. — , Johann Valentin. 1755.
62. — , Theodor Mattheus. 1735.
63. Stieber, Georg Friedrich. 1755.
64. Wetken, Catharina Margareta, geb. Stindt. 1743.
65. Stolte, Christian Rudolf. 1680-1731.
66. — — — 1711-1736.  
Heinrich Christian. 1715-1736.
67. — , Peter. 1733.
68. Jöppel Margareta Catharina; verh. Oldenburg. 1774.

69. Verpoorten, Theodor. 1728.  
70. Weiß, Margaretha Agnes, geb. von Heidenkopf. 1726.  
71. Weidner, Johann Joachim. 1732.  
72. Weiß, Gottfried. 1697.  
73. Wetken, Johann Georg. 1716.  
74. Wilde, Joachim. 1737.  
75. Weidner, Johann Joachim. 1732.  
76. Barnstorff, Anna Margaretha, geb. Willebrand. 1724.  
77. Willebrand, Martin Albert. 1746.  
78. Stein, Anna Dorothea, geb. Wolff. 1744.  
79. Wolfraath, Dietrich Samuel. 1753.  
80. Wulf, Catharina Margareta, verh. Stein. 1734.  
81. Zesidler, Johannes. 1727.  
82. Zinck, Johannes. 1732.



PROGRAMMA LUGUBRE,

QVO

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS RECTOR  
JOHANNES PETRUS Schmidt,

JUR. UTR. DOCT. ET CODICIS PROF. PUBL. ORD.

AD SOLEMNES EXEQVIAS,

QVAS

CONJUGI DESIDERATISSIMÆ, PRÆNOBILISSIMÆ DOMINÆ, DNÆ

CATHARINÆ

EMERENTIÆ

SCHÆFFERN,

MATRONÆ, OMNI VIRTUTUM, SEXUM SUUM ORNANTIUM DECORE FULGIDISSIMÆ,

VIR

PRÆNOBILISSIMUS, AMPLISSIMUS, AC PRUDENTISSIMUS,

DOMINUS

JOACHIMUS CHRISTIANUS DANCKWARTH,

SENATOR DE REPL. ROSTOCHIENSI OPTIME MERITUS, ACCISÆ DIRECTOR, IDEMQVE JUDICII GEWETTÆ ASSESSOR SPECTATISSIMUS, GRAVISSIMUS,

NEC NON COENOBII RIBBENITZENSIS

PROVISOR DEXTERRIMUS,

MOESTISSIMUS VIDUUS


STUDIOSE PARAT FREQVENTANDAS,

O. O. O. PROCERES AC CIVES

ACADEMICOS

eâ qua decet humanitate & peramanter  
invitat.

ROSTOCHII, Typis JOH. JAC. ADLERII, SEREN. PRINC. & ACAD. Typogr.



indolis.

Decessit, apprime suo nos docens exemplo, vera dixisse  
 Jobum C. 14. *Homo natus ex muliere brevi vivit tempore, qui quasi flos  
 egreditur, & conteritur & fugit velut umbra, recteque cecinisse Poëtam*

Ugubri hoc dicendi genere Vos, *Cives O. O. hono-  
 ratissimi*, iterum & profecto invitissimus compello, nec  
 sine ingenti animi mœrore funus Vobis indico matro-  
 næ cujusdam eximiæ, omnibusque virtutibus mulie-  
 ribus splendidissimæ pariter, ac conditionis intra mœ-  
 nia nostra honoratoris. In optimo enim ætatis flore  
 decessit quondam prænobilissima Dna CATHARINA  
 EMERENTIA SCHÆFERIA, fœmina rarissimæ plane

*Ecce sumus pulvis, sumus ecce miserrima tellus  
 Et nostra fugiunt, ut levis aura, dies;  
 Carpimur ut stipulæ rapido carpuntur ab igni,  
 Nec nisi vivendo somnus & umbra sumus,  
 Hinc sibi vivacem, furor est, spondere senectam  
 Quum non sit vitæ, certa vel hora tuæ.*

Vah!

ROSTOCKIJSCHER DRUCKER JOH. JAC. ADLERII SEELING & ACAD. TYPOG.

Vah! præmatura nimis morte BEATA NOSTRA decessit, & celeri hocce abitu & obitu sævissimis immerfit luctibus Viduum mœstissimum, quin reliquit exanimem fere, cuncta cujus gaudia mœrores jam absorbent acerbissimi. Vah! liberi, dulcissima amoris conjugalis pignora, quam qverula ob hunc amantissimæ suæ genitricis discesum, ut nimis properatum, ita inopinatum, & merito edunt lamenta? quas amarissimas complorationes? quos vagitus? doloribus & afflictione penitus oppressi. Vah? quam acerbe lugubrem hunc casum deflet frater, deflent sorores, ceteriqve sanguinis & affinitatis vinculo defunctæ juncti, imo omnes deflent boni. Vah! quam graviter molesteqve & ego, pro eo ac debeo, mortem ejus fero, & quam (DEus est testis, quo affectu hæc scripserim) velle m, immortale Numen fecisset, ut vivæ potius de recuperata pristina sanitate gratularer, quam demortuæ justa celebrarem. Verum, sic non fuit in fatis, sed sicut inscrutabilia DEi sunt judicia & incognitæ ejus viæ Rom. XI. ita longe aliter supremus vitæ mortisque arbiter, ad cujus nutum cuncta se componere debent, decrevit: dum ad cœlestia ex hac ærurnarum valle eam evocavit, cujus anima ipsi præplacuit, & digna est habita, quæ eò citius bonorum immortalium reddatur particeps, atqve abs omnibus vitæ hujus difficultatibus liberata, gaudiis cum ipso frueretur nunquam desituris.

Dum autem, Cives O. O. Honoratissimi, memoriam NOSTRÆ SCHÆFERIÆ, nunc eheu! desideratissimæ, custodiendam sedulo Vobis commendo, dum maritum ejusdem, Viduum jam mœstissimum DN. DANCKWERTHIUM, Fautorem nostrum certissimum Vobis commemoro, horum cognominum occasione non possum non: DE GLORIA FAMILIARUM EX COGNOMINE paucula quædam Vobiscum communicare.

Perfvasum mihi est cum CL. DN. WACHTERO in Orig. Alam. §. 16. omnia nomina propria abs initio appellativa fuisse, nec ullum facile reperiri, quod significationis prorsus experts existeret: Indeque perplura eorum dari, quæ celebritatem familiæ loquantur, svaqve adeo notatione verbali testentur, non temere, sed ex rebus præclare gestis, hoc præcise nomine cognominatam esse gentem. Non autem animus est, parumque huc referret, omnem circa cognomina excutere historiam, eorundemque prima evolvere initia. Siquidem otia nobis jam fecerunt JOH. HINR. OTTO, in Onomatologia, & Abbas MONS. de la ROQUE, de l'origine des Noms & surnoms. Qvippe ex quibus autoribus, præsertim si conferantur cum JOH. PICCARD in den verlegenen Dutheiten von Friesland, aliisque, facile admodum omnium in oculos incurrere non potest non; nominibus PROPRIIS, antiquissimis retro seculis non usos esse Germanos, sed vel ex proceritate, aut lineamentis corporis, patriâ, aliisque notis, item opificiorum generibus, officiis atqve virtutibus COMMUNE captasse nomen: longum, curtum, crassum, curcum, atqve ejusmodi.

Lingva vernacula: Groot, Lange, Klein, Riese, Kurb, Hübn  
A 2 Item

item: schön, weiß, blond, Rode, Grage, Schwarz, Griefe. Porro: Wendt, Schwabe, Franck, Bayer, Deutschmann, Westphal, Bremer, Mecklenburg, Stade, Holst, Preuß, Bükau, Büstrau, Minder, Tum: Kauffmann, Schuster, Schneider, Schmidt, Becker, Schroeter, Brauer, Böttcher &c. Tandem: Bogt, Schenke, Bizduhm, Cämmerer, Amptmann, Richter, Schöpfer, Schäffer, Scheffer, Schulz, Meyer &c. Vel id abs animalibus atque avibus de promptum, sibi imposuisse promiscue e. g. Bueck, Wulff, Vols, Hase, Sperling, Duve, Kray, Adler, Hahn, Falk, Kabe, Hund. Vel denique a feudis assumfisse, quæ possederunt nobiles, quorum Titulos ex lege Gundebaldi erigere & conservare tenebantur. GUILLMAN, *de reb. Helvet. L. II. c. 8.* Donec tandem expeditionis cruciatæ tempore, seculo demum un. & duodecimo cognomenta PROPRIA primam suam traxerint originem, factaque sint gentilitia, hereditaria. Idque tunc temporis ea potissimum de causa, ut distingverentur homonymi, amicisque domi relictis, fata vel defunctorum vel superstitum rectius innotescerent liquidiusve. DOEDERLIN, *tr. de Bradeatis* p. 106.

Transeat quoque historia transpositionis cognominum Germanicorum in Græcam linguam & latinam, Seculis præsertim decimo quinto & sexto in Pistoriis, Sartoriis, Melanchthone, Sarcandris, Chrysaridris, Theophilis, Latomis, Chytræis, Lymnæis, Agricolis. &c. frequenter obviæ, utpote quam materiam pulcherrime HUETIANA illustrant pag. 250. sqq., unâ cum ratione cognominum in genitivum casum deficientium, videlicet Martini, Conradi, Petri, Jens, Jacobs, Philipps, Christens, Castens, Peters, pro: Martini filio, Conradi filio, Peters Sohn, Castens Sohn, Philips Sohn & sic porro.

Nam unice circa ipsa quæ jam sunt, cognomina, circaque rationem impositi hujus vel istius cognominis, quatenus inde in ipsam familiam honor redundat, ero occupatus. Resque eò redit omnis, toties fere cognomina gloriam gentis indicare, quoties gloriosum ex ratione etymologica habent significatum. Missis exemplis aliis, in hujus rei testimonium Gundlingiorum nomen in medium proferre placet, item cognomina dominorum de Löjer, & gentis Trilleriana, Tantum enim abest, ut coeco quodam casu nomina hæc propria hisce obtigerint profapiis, ut potius, vi nativa vocum id insinuante, a laudabilissimis suis, piissimisque factis, laudabilissimam hance adeptæ sint transnominacionem. Sic nimirum splendidissima Gundlingiorum familia, in Brabantino quondam Ducatu florens, e generosa Bergiorum profapia suam duxit originem, suam etiam ex isthac stirpe traxit nuncupacionem gentilitiam derer von Bergen. Sed, nominis ecce! mutatio dein intercessit, & Gundlingii postea sunt insigniti, quasi Günstlinge, mignons, antea qui Bergiorum nomen habuerunt. Belle denominationis occasionem explanat DN. SCHNEIDER in personalibus B. Gundlingii, refertque sequentem: *Unus ex majoribus Gundlingii ex illustri stirpe Bergia, relicta sede patriâ in Germaniam demigravit, dubium est, num libertatis, an religionis purioris amore id fecerit. Dum ergo domicilium in terris Germanorum constituerat, sibi adeo felici esse licuit, ut in*

Maxi-

Maximiliani I., eo tempore summâ rerum in Imperio R. potissi, notitiam perâ veniret, ejusque gratiam sibi tantam conciliaret, ut abs illo cognomen: **Günstling** reportaret, quem justo ordine plures secuti, idemque retinentes, è multâ hominum memoria in Germanis nostris longe eminuerunt, ac deinde Gundlingii nomine, quod propitio Imperatoris favore impositum erat, in gentilitium converterunt. En! igitur maximam ac perennem familiæ hujus, celebritatem, ex hoc ipsomet cognomine: Gundling. Nec aliter res cum nobili gente derer Rehfelder modo *Læseriorum* i. e. derer Erlöfere se se habet, quam B. HUBNER in *hist. Pol. P. VII. L. 1. p. 59*, non vacillante historicorum fide suffultus, hoc verborum enarrat tenore: Waldemarus schickte den gefangenen Marggrafen Fridericum admorsum unter einer starken Convoye nach Altenburg; Diese Garde commandirte der Anhaltische Fürst Albertus Junior; Es waren aber etliche Weisnische von Adel aus dem Geschlecht derer von Rehfeld so kühne, daß sie unterwegens die Brandenburgische Garde angriffen, und den gefangenen Fridericum admorsum aus ihren Händen erlöseten, deswegen diese getreue Vasallen nachgehends nicht mehr die von Rehfeld, sondern die Erlöfere sind genennet worden. Præclara igitur, ullo procul dubio, cognominis *Læseriani* occasio, iterumque gloria gentis ex cognomine nunquam intermoritura. Tandem nec minus genti *Trillerianæ*, amplissimis muneribus, tum Ecclesiasticis, tum civilibus in superiori Saxoniam fungenti, fulgenti, ex hocmet suo cognomine insignis conciliatur existimatio. Nempe parentem hæc familia agnoscit *Georgium Schmidt*, non in celebrem istum Carbonarium, qui binos illos juventutis principes *Ernestum & Albertum*, filios FRIDERICI II. *Elect. Sax:* detestandâ *Caufungi* eqvitis manu ex arce Altenburgensi subductos, Saxoniam reddidit. Sed misso & amisso *Schmidii* nomine, in æternam rei gestæ memoriam postea TRILLERUS hic carbonarius est appellatus. Nam, (id quod *GRÖSCHUPF* testatur *tr. de gente Trilleriana p. II.*) cum in Electoris serenissimi domicilium iste vocatus, atque ex Aulicis ministris quæsius fuisset; quo facto esurienti leoni tam opimam ex ore prædam exculpisset, hoc responsum fertur tulisse; se pertica seu conto suo haut leviter vexasse *Cauffungum*, vel, ut ipsius verbis rem eloquamur: Er habe den Kungen mit seinem Schurbaum weitlich getrillet. Quod cum Elector Ser: aulicique ministri acciperent, detracto ipsi priori nomine, *Trillerum* consalutare cœperunt.

Ergo CIVES O. O. HONORATISSIMI! quid jam de nomine DANCKWERTHIORUM Vobis videtur? quid de cognomine B. nostræ SCHÆFERIÆ? Certe utrumque nomen honoris & celebritatis familiarum est illativum. Nam in congrua non est conjectura, SCHÆFERIANUM genus, abs etymo *scabinorum*, quo titulo judices & Senatores in medio ævo fuerunt conspicui; *Schaffherr*, *Ecaffers*, *Schöf-fers*, *Scheffers*, *Schäffers*, comprobante hæc omnia BRUMMERO, *de scabinis*, quoque dicti, nomen hoc sumfisse clarum, non secus, ac a voce: *Tungini* eines Dinggrafen, gentilitium cognomen generosæ *prospiciæ* derer von THUGEN ILL. DN. VERPORTEN. deducit in *literatissimo opusculo de investitura allodiorum p. 125.* [Nec minime est dubitandum, DANCKWARTHIOS Viros esse sui nominis i. e. ex benemeris

B

meris

meritis antecessorum gratiâ perdignis; memorabile hoc ipsum met  
traxisse cognomen, quod dignissime *mæstissimus noster Viduus perpetim*  
tuerur, quasi *Danckwerthe die des Dancks wegen ihrer Verdienste werth*  
*sind.* O! solidam igitur familiæ *Schæferianæ* gloriam, O! gloriam  
familiæ *Danckwertbiana* ex gratis digno cognomine.

Sed in viam nunc redeundum; & quod caput est operis, bene  
meritæ nostræ, nunc eheu! *emerita* EMERENTIÆ, laudabilis vitæ,  
mortisque subsecutæ historia brevi persequenda est filo. Lucis usurâ  
primum frui cœpit *Beata nostra Vismariæ*, Anno reparatæ salutis  
MDCXCV. d. XIII. Octobris, & paucis post diebus, S. S. baptismatis  
lavacro regenerita, cœtui fidelium adscripta fuit.

GENITOREM indepta est Virum quondam *amplissimum ac peri-*  
*tissimum*, DN. LUDOLPHUM SCHÆFER, *prudentissimi Senatus Visma-*  
*riensis Pharmacopœum felicissimum.* MATREM vero exosculata DORO-  
THEAM RATHKEN, *fœminam omnibus virtutibus ornatam & de-*  
*coribus præditam.*

AVUS *lineæ paternæ ipsi contigit nobilissimus atque prudentissimus*  
DN. MARTIN SCHÆFER, *Senator civitatis Alfeldtiensis, in diœcesi*  
*Hildensifitæ, fulgidissimus.* AVIA autem *nobilissima* URSULA KOCHEN.

In *linea defunctæ maternæ salutavit Beata AVUM, Virum præstan-*  
*tissimum* JOACHIMUM RATHKEN *mercatorum civitatis Vismariensis*  
*soleritissimum,* AVIAM vero *pietissimam* DOROTHEAM *HERZ-*  
*BENGEN.*

PROAVUS in eadem *linea ex avo paterno ipsi existit Vir præno-*  
*bilissimus, consultissimus & prudentissimus,* DN. JOACHIMUS RATHKE  
*Civitatis Vismariensis Consul meritissimus, ipsiusque conjux, nostræque*  
PROAVIA *clarissima & virtuosissima Domina* CATHARINA SEVERI-  
USSEN.

PROAVUM *matriæ Stirpis in inferiori linea indulserat divina pro-*  
*videntiâ eidem Virum maxime reverendum & excellentissimum,* DN. JO-  
ACHIMUM *HERZBENGEN, Serenissimorum ducum Mecklenburgensium*  
*Superintendentem circuli tunc temporis Vismariensis splendidissimum, eundem-*  
*que Pastorem ad ædem St. Mariæ, quæ Vismariæ est, meritissimum, reli-*  
*giosissimum.* Qui conjugem duxerat decus illud *fœmineæ gentis ELI-*  
*SABETHAM STELLMANNEN.*

ABAVUS MATERNUS *lineæ paternæ ipsi est concessus nobilissi-*  
*mus atque prudentissimus* DN. JOHANNES RATHKE, *Senator Goldber-*  
*gensis integerrimus.* ABAVIA vero *fœmina honestissima* ANNA TAN-  
CKEN.

ABAVUM tandem qua *maternam familiam experta est Virum*  
*prænobilissimum atque admodum reverendum* DN. MAG. ANTONIUM  
*HERZBENGEN, Pastorem Nicolaitanum Vismariæ vigilantissimum,*  
*qui in amplexibus hæsit ornatissimæ* DN. MAGDALENÆ TANCKEN.  
Ut ulterius non ascendamus.

Ex

Ex hac nus memoratis satis constat superque, NOSTRAM, nunc inter cœlites triumphantem gloriosam matronam, celeberrimis, & fidem iustitiâ ac pietate inclutis majoribus esse progenitam. Et quem admodum primaria piorum parentum cura in eo versari debet & solet, ut infantes a teneris statim annis vera pietate imbuantur, & crescente ætate in purâ fidei ac morum doctrina recte instituantur, ita nil quicquam fuit omissum sedulitatis, quo in fide fundari & ad virtuosam, laudatam vitam, bonos mores ac œconomica pariter ac alia, genus suum decorantia negotia felici cum successu BEATA NOSTRA potuerit excitari. Neque hæc genitorum sollicitudo frustra fuit, sed insigni adeo virtutum accessione locupletata est FILIA, ut mellitissimos non solum parentes morum amœnitate, observantiâ, probitate obsequio nunquam non exhilararet, verum etiam raræ suæ indolis documentis omnibus arrideret bonis, candidumque eorum tum VISMARIÆ in *virginali*, tum deinde in *conjugali* illius statu hîc ROSTOCHII reportaret encomium.

Etenim factum est, auspiciis admodum felicibus, ut DEO dirigente propitio, per suam & svavitatem & formæ elegantiam, egregiasque jam laudatas naturæ dotes & virtute acquisitas, favorem & amorem nancisceretur VIRI *supra debitâ cum laude memorati*, DN. JOACHIMI CHRISTIANI DANCKWARTHII, atque in consortium conjugale abs eodem selecta, e patriis laribus Rostochium transferretur. Id quod contigit præsentis Seculi Anno MDCCXX, d. 25 Aprilis.

Quam concors vero, quæ summa conjugum felicitas, quam svave, quam omni ex parte beatum hocce conjugium fuerit, per se patet, totaque experta hæc urbs est. Præcipue nec improle id ipsum iussit esse benignissimus noster Miserator. Enixa siquidem fuit BEATA NOSTRA MATRONA in gaudium ac solatium *tristissimi nunc mariti* quatuor FILIOS, quinque itidem FILIAS.

Inter illos *primus* est LUDOLFFUS, *juvenis probatissimus*, qui Anno MDCCXXI, d. IX Aprilis est natus, atque mercaturæ se dedit. *Secundus* in ordine filiorum est GABRIEL ANDREAS, natus Anno MDCCXXIV d. 23. Novembris, quem *tertius* excipit JOHANNES, natus Anno MDCCXXVIII d. 15. May, omnes optimæ certe spei pueri. *Quartum* locum occupaverat sed non diu tenuit JOACHIMUS. Natus enim est Anno MDCCXXIX d. 1. Septembris, sed Anno MDCCXXXIII d. 2. Septembris magno parentum mœrore vitâ suâ beate defunctus est. Ad FILIAS quod attinet, tunc *Prima* floret *Virtuosissima* atque *ornatissima Virgo* DOROTHEA, matris virtutum æmula, quæ in lucem est edita Anno MDCCXXII, d. 27 Septembris. Estque *Secundo genita* CHRISTINA, nata Anno MDCCXXIII, d. 23 Novembris. *Tertia* porro fuit MAGDALENA, Anno MDCCXXVI. progenita d. 28 Junii, & *Quarta* inter nos laudatur *puellula lectissima* MARIA, Anno MDCCXXXI d. 26 Februarii utero matris exclusa. *Quinta* denique, eademque in ordine ultima, SOPHIA fuit, Anno MDCCXXXIV, d. 17 Octobris nata, quæ vero die quinto Decembris anni subsequenti MDCCXXXV. maximum sui

relinquens desiderium, e vivis iterum decessit. Jubeat Iesus clementissimus, huic, *genitrice* jam nunc orbatæ proli, *genitorem* diutius superesse. Idemque superstites huc dum liberos in gaudia parentis adolescere faxit!

Ceterum, quam providam se gesserit BEATA matrem familias & prudentem, quam matrem piam, insignibus plane virtutibus liberis prælucentem, quam præcipue DEI amantem, quam proximo inservientem, quam erga cunctos benevolam, quam sinceram quam humanam, honorifice non possunt non extollere omnes, quotquot illius habuere notitiam. Namque DEUM, cui se totam in sanctissimo lavacro consecratam noverat, tam sancta atque constanti pietate colere semper studuit, ut quavis occasione, etiam in morborum acerbitate sæpe gravissimâ, ejus eximia dederit specimina. Et, utrumque & rei familiaris & liberorum educationis officium tam strenue suscepit, ut dulcissimi mariti sui, quem communis civitatis salus ad negotia munerum suorum publicorum expedienda subinde avocavit, partes simul subiret, tantoque oneri, ut ipsa in liberis testatur experientia, omnino par esset. Etiam pauperum inopiæ & egestati pro viribus suas liberales præbuit manus, atque in quibusvis afflictionibus laborantem sublevare gavisa est, nec ulli roganti unquam auxilium denegavit, quid multis? eam semper & omni occasione *Beata nostra* se præstitit, quæ aliis imitanda proponi possit.

Tandem quoque acerbos morbos, & dolores, quos sæpe sustinuit gravissimos, patienter pertulit moderateque, in DEUM sperans & Uulneribus sui Salvatoris JESU CHRISTI se committens. Qualia autem hæc fuerint morborum genera, quam vehementes ægri tudines, qualis denique ultimus ille, quocum DEFUNCTÆ conflictandum fuit, quique tandem vitam ejus extinxit, morbus, sequentibus aperire voluit *Prænobilissimus & experientissimus DN. GEORG CHRISTOPH DETHARDING Med. D. & Practicus felicissimus ac celeberrimus, Factor & amicus noster honoratissimus*, cujus relatio ita sonat:

*Mortem B. D. lethalem adumbraturo vix plagula sufficeret, si exactam singularum ægri tudinum seriem, à tot retro annis Eandem divexantium exponere animus foret. Mox namque exclusio abortus molarumque, enormibus subinde stipata hæmorrhagiis, ancipitem præsagiebant eventum; mox Nephritis calculosa diris symptomatibus juncta corpus misere excruciat; mox abscessuum in cavitate abdominis delitescentium ruptura inopinata mortem minitabatur præsentaneam. Mictus itidem cruentus, caruncularum haud exiguarum cum latice renali exclusio haud leve portendebat peri-*

periculum. Superabantur vero hi, aliique hujus commatis insultus auctocrati non minus naturæ, quam ministerio remedi-  
mediorum convenientium, ita, ut morti sæpe vicina, præter omnem spem & expectationem, Divina assistente clementia, brevi temporis spatio cum sanitate in gratiam redire, & pristinas vires recuperare potuerit.

Tribus vero ante beatam analysin elapsis septimanis, ex improvise corripiebatur vehementissimis doloribus fixis, regionem renis dextri occupantibus, quibus jungebantur tormina ventris, vomituritiones anxietatibus præcordiorum stipatæ, ut colicam nephriticam suspicatus, quæ ars medica suggerere assolet, quæque plus simplici vice felicem in Illa obtinere successum, furenti huic malo opposuerim medicamina. Ast in cassum, donec ab iteratis enematibus, nec neglectis semicupiis, per intestinum rectum egrediens materiæ purulentæ variegati coloris & consistentiæ ingens quantitas, abscessum dolores tales ingentes peperisse detegeret. Tantum vero aberat, ut rupto abscessu, & contento pure quotidie exitum inveniente, mitigatio symptomatum sequeretur, ut potius exacerbari fere indies morbum fuerit observatum. Ægra non nisi incurvato paulisper corpore, in latere affecto, ad evitandos majores cruciatus decumbere poterat, & quantumvis per breve temporis spatium, licet rarò satis, somnus turbulentus dolores interpellaret, induciæ tamen hæc gravitate compensabantur. Tandem accedens febris lipyria cum summa respirandi difficultate conjuncta, finem miseriis hisce imponebat rebellibus, Nostraque, viribus plane fractis, non fracto tamen sævitiâ morbi animo, placide animam efflabat. Ejus memoria nobis semper in benedictione manebit!

C

Cum

Cum extremum Vitæ terminum præsentiret NOSTRA, omni conatu id meditata, ut DEum sibi redderet propitium, hinc accersito Confessionario fidelissimo, Viro maxime reverendo, excellentissimo, Ampliff. Dn. Mag. PETR. BECKERO, Math. P. P. & Pastore Ecclesiæ Jacobæe primario, Ministerii Rostochiensis Directore Venerabili, Fautore & Collega nostro æstimatissimo, maximum fruendi corpore & sanguine Christi, ultimo tanquam viatico, est testata desiderium, a quo eò libentius sacris his epulis refecta, quo certior de fructibus erat non fucatae fidei, & sincerâ vitæ anteaetæ integritate. Quemadmodum ex ore ejus per ipsissima sequentia cognoscere possumus.

Ich kan mit wenigen, aber der Wahrheit gleichförmigen Worten bezeugen, daß bey der sehl. Frau Danckwarten ich ein sehr reines und gegründetes Erkänntniß der theuren Gnade Gottes in Christo Jesu gefunden, daraus ihr Glaube, Liebe, Gedult, und Hoffnung geflossen, welche Sie, wie in gesunden, so in krancken Tagen, alle Wege gleich, darüber ich mich oft verwundert, bezeuget hat. Sie hatte sich die kräftigsten Sprüche der Schrift, und auserlesenste Worte aus unsern Kirchen- und andern Liedern, so reichlich gesamlet, daß Sie unter Göttlicher Gnade ihre eigene Priesterin seyn kunte in allerley vorkommenden Umständen; welches ich, so auffer- als in Kranckheit und andern Nohtfällen, zu meiner vielen Beruhigung erfahren. Und da ich etwa zehn Tage vor ihrem seeligen Ende zu Ihr gesodert ward, fand ich Sie zwar in ungewohnten Schmerzen, aber auch in gewohnter Gelassenheit; oder wann etwa Fleisch und Blut, unter den heftigsten Schmerzen, irgend ein Wort herfür zwang, das auf Klagen und Wundern und Zweiffeln hinaus wolte, war Sie selbst die erste die sich darüber bestraffte, und die Schwachheit beklagte, und in Gelassenheit sich zu trösten suchte; Sie bezeugte Ihr Verlangen nach, und Herzens-Vorbereitung zum Genuß des heiligen Nachtmahls, welches Sie auch folgenden Tages, war der Freytag, empfing, und mit vieler Devotion

votion und Application auf Ihren Seelen- und Leibes-Zustand gebrauchte. So brachte Sie die Zeit von einem Freytag zum andern, unter täglich- vermehrten Schmerzen, mit Beten und Kämpfen und Ringen zu, und hatte sich dem Willen Gottes ihres Erlösers ganz ergeben. Beklagte zwar, so oft ich Sie besuchte, den Verzug der Hülffe und Errettung Gottes, blieb aber im Hoffen und Harren, und nam, besonders am Freytage, da ich Sie zum letzten gesprochen, priesterlich zu rede, Trost, und den Seegens-Spruch begierigst an. Bis endlich in der Nacht vom Freytag auf den Sonnabend, Sie ein Verlangen geäußert, mich zu sprechen, und da man Ihr die Nacht-Zeit und meine Schwächlichkeit zu Gemühte geführet, hat Sie sich beruhiget, da mein geliebter Schwieger-Sohn, Herr Pastor Gerling herzugelassen, und gekommen, der Ihr unter göttlicher Gnade zuredet, wie der vorgesundene Zustand es mit sich gebracht; Und so ist Sie hienechst, unter dem Gebeth und Zureden Christlicher Freundinnen gegen Morgen still, sanfft und seelig eingeschlaffen. Gott lasse auch mir die Gnade, die Er Ihr gegeben, bis an mein Ende.

Hoc votum & nostrum facimus, BEATE DEFUNCTÆ gratulantes de insigni felicitate, quam desiderii compos, tam bene præparata consecuta est, die nimirum XXIII Novembris a. c. horâ matutinâ septimâ & dimidiâ, qui dies ipsi fuit fatalis, postquam hunc orbem coluit XLII annos; I. mensem, X dies. Maneat memoria ejus in benedictione!

Tu vero O Clementissime DEUS! adsis Spiritus Tuus S. gratiâ largissimâ, Spiritu solatii ac roboris lugentibus omnibus, acerbisque lacrymis *B. defunctam* deplorantibus, mœstissimo viduo, tristissimis Liberis, fratri, sororibus, reliquisque propinquis & mœrentibus omnibus,

Quod unum reliquum est, CIVES HONORATISSIMI; ut frequentes *matronæ honestissimæ, VITÆ MORUMQUE EXEMPLARIS* exequias prosequi velitis, etiam atque etiam Vos admoneo. Ita ipsa merita est Beata, ita meretur de tota hac civitate Vir *prænobilissimus* DN. DANCKWERTHIUS, Viduus eheu! mœstissimus. Ite ergo, ite frequentes, & Vobiscum hoc Regis sapientissimi dictum, verbis B. HIERONYMI expositum cogitate: *Utilius est ad exequias funeris, quam ad domum ire convivii.*

Conventus erit in æde D. Mariæ sacrâ,  
hora I. pomeridiana,

P. P. SUB SIGILLO RECTORALI.


Anno MDCCXXXVII.

d. 5. Decembris.






Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several paragraphs and includes a date: "A. MDCCLXXII" (1772).



LBMV Schwerin 33  
000 184 241





hæc nus memoratis factis constat superque, NOSTRAM, ter cœlites triumphantem gloriosam matronam, celeberrimis, justitiâ ac pietate inclutis majoribus esse progenitam. Et quem primaria piorum parentum cura in eo versari debet & t infantes a teneris statim annis vera pietate imbuantur, & e ætate in purâ fidei ac morum doctrina recte instituantur, vicq̃vam fuit omissum sedulitatis, q̃vo in fide fundari & ad m, laudatam vitam, bonos mores ac œconomica pariter ac aus suum decorantia negotia felici cum successu BEATA NO- potuerit excitari. Neq̃ve hæc genitorum sollicitudo frustra, sed insigni adeo virtutum accessione locupletata est FILIA, tiffimos non solum parentes morum amœnitate, observantiâ, e obsequio nunq̃vam non exhilararet, verum etiam raræ suæ documentis omnibus arrideret bonis, candidumq̃ve eorum SMARIÆ in virginali, tum deinde in conjugali illius statu hîc CHII reportaret encomium.

est, auspiciis admodum felicibus, ut DEO dirigen- tum & svavitatem & formæ elegantiam, egregiasq̃ve æ dotes & virtute acquisitas, favorem & amorem I supra debitâ cum laude memorati, DN. JOACHIMI NCKWARTHII, atq̃ve in consortium conjugale, e patriis laribus Rostochium transferretur. Id entis Seculi Anno MDCCXX, d. 25 Aprilis.

s vero, q̃væ summa conjugum felicitas, q̃vam svavè; rte beatum hocce conjugium fuerit, per se patet, ec urbs est. Præcipue nec improle id ipsum iussit noster Miserator. Enixa siquidem fuit BEATA ONA in gaudium ac solatium tristissimi nunc mariti pinque itidem FILIAS.

mus est LUDOLFFUS, juvenis probatissimus, q̃vi Annõ Aprilis est natus, atq̃ve mercaturæ se dedit. Secundus est GABRIEL ANDREAS, natus Anno MDCCXXIV q̃vem tertius excipit JOHANNES, natus Anno 15. May, omnes optimæ certe spei pueri. Quartum at sed non diu tenuit JOACHIMUS. Natus enim XXIX d. 1. Septembris, sed Anno MDCCXXXIII magno parentum mœrore vitâ suâ beate defunctus, quod attinet, tunc Prima floret Virtuofissima atq̃ve OROTHEA, matris virtutum æmula, q̃væ in lucem DCCXXII. d. 27 Septembris. Estq̃ve Secundo genita a Anno MDCCXXIII. d. 23 Novembris. Tertia porro NA, Anno MDCCXXVI. progenita d. 28 Junii, & udatur puellula lectissima MARIA, Anno MDCCXXXI ro matris exclusa. Quinta deniq̃ve, eademq̃ve in ordine it, Anno MDCCXXXIV. d. 17 Octobris nata, q̃væ vero oris anni subsequenti MDCCXXXV. maximum sui

B 2

relin

